

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia**

**Jacobus <Genua, Erzbischof>**

**[Lyon], 20. Juli 1486**

De commemoratione omnium fidelium defunctorum clix

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

*In nomine Domini Amen*

## De Commemoratiōe oīm fidelīū

sequenti anno ab huius solēnitatis institutione cōtigisse narratur. Cū em̄ in hac die custos ecclesie sancti petri ex deuotione omnia altaria circūisset. et omniū sanctorū suffragia implorasset. et demū ad altare sancti petri redisset. ibi paululū p̄cesse extra se rapit. Et ecce vidit regē regum in sublimi solio consistentē. et omēs angelos in eius circuitu cōmorantes. Tunc virgo virginum in dyademate p̄fulgētī aduenit. quā innumerabilis multitudo virginū et cōtinentiū sequebatur. Huic rex p̄tinus assurrexit. et posito solio iuxta se sedere fecit. Post hoc aduenit quidā vestitus pilis camelorum quē sequebatur multitudo venerabiliū senioꝝ. Deinde aduenit et alius pontificali habitu decoratus quē aliquoꝝ chorus in habitu consimili sequebatur. Postea vero processit innumerabilis multitudo militum. Post quos aduenit turba diuersarum gētium infans. Omnes igitur ante regis solium aduenerunt. et ipsum flexis genibus adorauerunt. Is autē qui in pontificali habitu erat. marctinas ceteris p̄sequentiū inchoauit. Angelus autē qui predictū custodem ducebat. eidem visionem exposuit. iusserens virginem in prima acie matres dei esse. Vestitum de pilis camelorum iohannem baptistam cum patriarchis simul et prophetis. pōntificali ornatu habitu petrum cum ceteris apostolis. milites martires. turbam reliquā confessorum. Qui ideo omnes ante regē venerunt. vt pro honore sibi hac die a mortalibus eribit gratias agerent. et pro oꝝbe vniuerso orarent. Deinde ad locum aliū ipsum duxit. et vtriusq; sexus homines diuersis delicijs. alios nudos et inopes auxilium mendicantes ostendit. Dixit autē hunc locum purgatorium esse. abundātes vero animas illas esse quibus ab amicis per multa suffragia copiose subueniebatur. egentes vero esse quorū cura nullatenus habebatur. Iussit ergo vt omnia ista summo pontifici intimaret. vt post festum omnium sanctorum diem statueret animarum. vt saltē generalia suffragia pro illis illa die fierent. qui specialia habere nequirent.

### De commemoratione omnium fidelium defunctorum clix

**Q**uoniam commemoratio omnium fidelium defunctorum hac die in ecclesia fieri instituta est. vt generalibus beneficijs adiuuentur. qui specialia habere non p̄ualēt. sicut i predicta reuelatione monstratum est. Sic quoq; petrus damiani q̄ sanctus odilo abbas cluniacē. cōperit



q̄ apud vulcanum sicilie crebro voces et ululatus demonum audiebant plangentiū q̄ anime defunctorum per elemosinas et orationes de eorum manibus eripiebant in suis monasterijs ordinavit. vt post festū omniū sanctorū fieret cōmemoratio defunctorum quod fuit post ab omni ecclesia approbatum. De duobus autē hic specialiter videri potest. Primo de ipsis purgandis. Secūdo de eorum suffragijs. Circa primū tria vidēda sunt. primo qui sunt illi qui purgant. Secundo per quos purgantur. Tertio vbi purgantur. Illorum autem q̄ purgantur tria sunt genera. Primi qui satisfactione sibi iniuncta nondum completa decedunt. Ueruntamē si tantam haberem cordis contritionem que sufficeret ad delendū peccatum. liberi ad vitam transirent. etiam si satisfactionem minime cōplessent. q̄ contritio est maxima pro peccato satisfactio et maxima peccati deletio. Hiero. Apud deum nō tam valet mensura temporis q̄ doloris nec tam abstinentia ciborum q̄ mortificatio viciorum. Sed qui non adeo conteruntur et ante cōpletionē penitentie moriunt igne purgatorij grauissime puniunt. nisi forte eorum satisfactio ab aliis quibus caris suis p̄ficienda assumatur. Ad hoc tamen q̄ predicta cōmutatio valeat. quatuor requiruntur. Primum est ex parte commutatis. scz eius auctoritas. q̄ de sacerdotis auctoritate debet fieri. Secundum est ex parte illius pro quo fit cōmutatio scz eius necessitas. quia i tali statu debet esse q̄ per se satisfacere nō valeat. sed adiuuari indigeat. Tertius est ex parte illius in quem fit cōmutatio.

## De Comemoracione oim fidelium

scz charitas qz necesse est ipsum esse in charitate q̄ faciat ipam satisfactioē esse meritoria z satisfactioē. Quartū est ex pte pene scz debita. pportio nabilitas: vt videlz minor pena cōmutet in maiorē. qz plus satisfactio deo pena ppria q̄ aliena. Est em̄ triplex pena scz ppria z voluntaria. z bec marie satisfactio. Scda est ppria z nō voluntaria q̄ est in purgatorio. Tercia est voluntaria s̄ nō ppria sicut est in pdicta cōmutatione. z bec min⁹ satisfactio q̄ prima. ex eo q̄ nō est ppria z magis q̄ secūda ex eo q̄ est voluntaria. Veruntamē si iste p quo satisfactio est assumpta decedit. nichilomin⁹ em̄ in purgatorio cruciat sed tñ per penā quā ipse sustinet z quā alij pro eo solunt citius liberatur qm̄ dñs z penā suā z penā illoz in sorte cōputat. Unde si debuit in purgatorio penam duoz mensium sustinere. talis sic poterit iuuari q̄ liberabitur vno mense. Nunq̄ tñ inde eripit quousqz debitum sit solutum. Quo soluto illud quod soluitur deinceps est ipsius q̄ facit z in sinum eius p̄actitur. z si ipse non indiget p̄uertitur in sinum ecclesie. vel valet alijs qui in purgatorio sunt. **S**ecundi qui in purgatoriu descendunt sunt qui satisfactionem quidem iniunctam compleuerūt sed tñ ad illam penam ignorantia vel negligentia sacerdotis nō fuit sufficiens. Di em̄ nisi magnitudo contritioni suppleat. totū in purgatorio complebūt. qd̄ min⁹ in hac vita fecerūt. Deus em̄ qui modos et mensurā peccatoz z penaz nouit. addit penā sufficientē ne aliqd̄ peccatū impunitū remaneat. Unde penitētia iniuncta aut est maior aut equalis aut minor. Si maior: tñ illud qd̄ plus fecerit cedit ei ad augmentū glorie. Si equalis tñ sufficit ad dimissionē totius culpe. Si minor: tñ illud qd̄ restat supplet ex v̄tute diuine iusticie. De his vero qui in fine penitent audi quid aug⁹ sentiat. Baptizatus ad horā secur⁹ hinc exit. fidelis bene viuens secur⁹ hinc exit. agens penitentiā z reconciliat⁹ cum sanus est securus hinc exit. agens penitentiā ad vltimū z reconciliat⁹ si securus hinc exit. ego nō sum secur⁹. Ergo tene certū z dimittite incertū. Dec aut̄ ideo dicit aug⁹. qz tales p̄sueuerūt pot⁹ penitere ex necessitate q̄ ex voluntate potius timore pene q̄ amore glorie. **T**ercij qui in purgatoriu descendunt sunt qui lignū. fenem z stipulam secum ferunt. qui scz circa suas diuitias infra tñ deum carnali tenētur affectu. Affectiōes em̄ carnales quibus de diti sunt domibus. coniugibus. possessionib⁹. ita tñ vt nil deo p̄ponāt illis tribus significatur. Qui scdm̄ suos amādi modos

177  
vel diuti⁹ vt lignū. vel minus vt fenem. vel minimum vt stipula cremabūtur. Qui ignis sicut dicit aug⁹. z si etern⁹ n̄ sit: miro tñ mō est grauis. excellet em̄ omnē penam quā vnq̄ passus est aliq̄s in hac vita. Nunq̄ in carne inuenta est tanta pena. **L**ig⁹ mirabilia martires passi sunt tormenta. **C**irca scdm̄ p quos scz purgatur sciendū q̄ illa purgatio z punitio fit p malos angelos z non per bonos. Boni em̄ angeli nō vexant bonos. sed boni malos. z mali bonos. z mali malos. Pie tñ credendum est q̄ boni angeli fr̄es z p̄cites suos fr̄es quēter visitant z p̄solantur. z vt parēter sufferāt exhortantur. Hnt̄ etiā aliud p̄solationis remediū. ex eo scz q̄ certi gloriā futurā expectāt. Habēt em̄ certitudinē de gloria. minorē tñ q̄ illi qui sunt in patria: sed maiorē q̄ illi qui sunt in via. Certitudo em̄ illoz qui sunt in patria est sine expectatiōe z timore: qz nec illam futurā expectāt cū p̄ntem habeant. nec illam decetero amittere formidant. Certitudo aut̄ illoz qui sunt in via ecōtrario est. Sed certitudo illoz q̄ sunt in purgatorio medio modo est. Est em̄ cū expectatiōe qz ipsam futurā expectāt. sed est sine timore. qz cum habeant liberum arbitriū p̄firmatū decetero se peccare nō posse cognoscūt. Hnt̄ etiā aliā p̄solationē qm̄ pro se suffragia fieri credūt. forte tñ verius credendum est q̄ illa punitio non fit per malos angelos sed diuina iusticia iubente. z flaru eius succedente. **C**irca terciū vbi scz purgatur. sciendū est q̄ purgantur in quodā loco iuxta infernū posito q̄ purgatoriu dicit scdm̄ positioē plimoz sapientū. licet alijs videat q̄ sit in aere vel in torrida zona. Sed tñ per diuinā dispensatiōē diuersa loca diuersis aniabus aliq̄n depurātur. z hoc multiplici de causa scz aut p̄pter eoz leuem p̄nitionē. aut p̄pter eoz celeriorē liberationē. aut p̄pter n̄ram instructionē. aut p̄pter culpe in loco perpetratiōnem. aut p̄pter alicui⁹ sancti orōnem. **P**rimo p̄pter eoz leuem p̄nitionē: sicut aliq̄bus scdm̄ grego. reuelatū est anias quasdā in vmbra punitas esse. **S**cd̄o p̄pter eoz celeriorē liberationē vt scz possint alijs suā indigētiā reuolare z ab eis suffragia petere. z sic celer⁹ de pena exire. Sicut legit q̄ quidā piscatores beati theobaldi in autūno frustū magnum glaciei p̄ pisce p̄diderūt. de quo magis q̄ de pisce gauisi. maxie qz c̄ps dolore pedū laborabat: p̄s glaciei eius pedibus supposuerūt. z magnū ei refrigeriū p̄stabat. Quadam vero vice de glaciei bois vocē audiuit: qui ab ep̄o adiuuatus q̄s esset dixit. Sum quedā ania que in

## De Cōmemoratione oīm fidelīū

hoc gelicidio pro peccatis meis affligor. et libera-  
ri possem si. xxx. missas sine interuallo. xxx. dieb<sup>9</sup>  
primis diceres. Qui cū missarū medietatē dixisset  
et se iam ad missam aliā preparasset: diabolica sug-  
gestione p̄tigat q̄ fere oēs hoīes illius ciuitatis in-  
ter se bella mouerēt. Unde vocat<sup>9</sup> ep̄s ad sedan<sup>9</sup>  
dam discordiā sacras deponēs vestes missam illa  
die p̄termisit. Iterū remapiēs et iam duas p̄tes  
complens: exercit<sup>9</sup> magnus vt videbat ciuitatem  
obsedit. et compulsus missę officiū intermisit. Et  
deinde remapiēs cum oēs missas vltima excepta  
dixisset: et vltimā inchoare vellet: tota villa et do-  
mus ep̄i vt videbat accensa est. Cui cū serui dice-  
rent vt missam intermitteret. ille dixit. Si tota vil-  
la cremari deberet missam non dimitterem: quia  
celeberrima glacies p̄tinus resoluta est. et ignis quē  
se vidisse credebāt tanq̄ fantasma recessit. et nullū  
dammū intulit. **Tercio** p̄pter nr̄az instructionē  
vt sc̄s magnā penam post hanc vitā infligi peccan-  
tibus cognoscamus. Sicut parisi<sup>9</sup> p̄tigisse legitur  
Magister em̄ silo. vt ait cāro: parisiēsis. quendam  
suum scolarē socium egrotantē obnixe rogauit. vt  
post mortē ad se rediret: et statū suum sibi renūci-  
aret. Post aliquot igit dies sibi apparuit cū cap-  
pa de p̄gameno tota de sophsimarib<sup>9</sup> descripta. et  
intus flamma ignis tota p̄tecta. Qui req̄sit<sup>9</sup> a ma-  
gistro quisnam esset. ait. Ille vtiq̄ sum q̄ ad te re-  
dire. p̄misi. Qui de statu suo req̄sit<sup>9</sup> ait. Hec cap-  
pa plus sup̄ me ponderat et plus me p̄mit q̄ si  
vnā turrim sup̄ me haberē. et est michi data vt eā  
portē. p̄ glia quā in sophsimaribus habui. Porro  
flāma ignis qua coop̄ta est pelles sunt delicate et  
varie quas ferebā: que flāma me cruciat et exurit  
Sed cum mḡr illam penā facillē iudicaret. dixit ei  
defunct<sup>9</sup> vt manū extēderet: et sic facilitatē sue pe-  
ne sentire posset. Cūq̄ manū extēdisset: ille gut-  
tam vnā sui sudoris dināsit que p̄dicti mḡri ma-  
num quasi sagitta citi<sup>9</sup> p̄forauit. ita q̄ cruciatū mi-  
rabile sensit. et ait. Talis sum tot<sup>9</sup>. Ille igit maḡ  
ex illius pene acerbitate perterrit<sup>9</sup> seculū delibe-  
rauit deserere. et religionem intrare. Unde mane  
scolaribus congregatis hos versus composuit.  
Linq̄u coar̄ ramis tra couis vānq̄ vānis. Ad  
logicam pergo que mortis non time<sup>9</sup> ergo. Et sic  
seculū deserēs: ad religionē p̄fugit. **Quarto** p̄-  
pter culpe in loco perpetratiōē. Sic aliq̄n sc̄m  
augustinū anime puniūtur in locis in quib<sup>9</sup> deli-  
querunt. sicut patet per illud exemplum quod re-  
citatur greg. in quarto dialogorū. Quidā nanq̄ p̄es-  
biter dum balneum frequenter: quendam virū

incognitum ad suum obsequium p̄paratum in-  
uenit qui semp̄ sibi sedule ministrabat. Qui dum  
quadam die pro benedictiōe et laboris mercede  
quendam panem benedictū sibi exhiberet. ille me-  
rens respondit. Michi ista quare das parer<sup>9</sup>? Iste  
panis sanctus est. ego autē manducare nō possum  
Ego em̄ aliq̄n hui<sup>9</sup> loci dñs fui: s; pro culpis meis  
hic post mortem meā deputatus sum. Sed queso  
vt omnipotēti deo hūc panem pro peccatis meis  
offeras. Tunc autē te exaudiri cognosce cum huc  
ad lauandum veneris: et me minime inuenieris.  
P̄sbyter autē per vnā hebdomodā salutare  
pro eo quotidie obtulit hostiam. Et reuersus enī  
iam minime inuenit. **Quinto** p̄pter alicui<sup>9</sup> san-  
cti oratiōē. Sicut legitur q̄ sanctus patricius in  
quodam loco in terra quibusdā purgatorū impe-  
trauit. Cui<sup>9</sup> hystoria post festū sancti benedicti re-  
peries. **Circa** sc̄m qd̄ est de suffragiis tria  
sunt videnda. Primo de ipsis suffragiis que fiūt  
Secundo de his pro quib<sup>9</sup> fiunt. Tercio de his q̄  
quos fiunt. **Circa** suffragia que fiunt norandu  
q̄ quatuor sunt genera suffragiorū que maxie de-  
functis p̄sunt. sc̄s fidelīū et amīcorū oratio. elemo-  
sinarū largitiō. salutaris hostie immolatio. et ieiū-  
niorū obseruatio. Nō primū genus suffragiorū sc̄s  
amīcorū oratio eis p̄sunt. patet per exemplum de  
pascasio. De quo greg. in quarto libro dialogo-  
rum narrat. q̄ cum vir mire sanctitatis et virtu-  
tis extiterit. et duo tūc in summos pontifices ele-  
cti fuissent. sed tñ postmodum in vnum illoꝝ eccle-  
sia p̄uenisset. ipse tñ pascasius quasi ex errore aliū  
semp̄ p̄tulit. et in hac sentētia vsq̄ ad mortem per-  
manit. Qui cum esset defunctus. et dalmaticā fe-  
retro super ostiā demoniacus tetigisset: statim sa-  
natus est. Post multū vero t̄pis cum german<sup>9</sup> ca-  
puanus ep̄s balneum ob gratiam sanitatis peris-  
set: p̄dictum pascasium diaconum stantem et ob-  
sequenti inuenit. Quo viso vebementer extimuit  
et quid illic tantus vir faceret inquisiuit. Qui pro  
nulla alia causa se in illo loco penali deputatum  
asseruit: nisi q̄ in illa tali causa plus iusto sensit.  
Et addidit dicens. Queso te pro me dñm deprecā-  
re. Atq̄ in hoc cognosces q̄ exauditus sis si huc  
rediens me nō inuenieris. Qui cū pro eo orasset. et  
illuc post paucos dies redisset: p̄dictū pascasium  
in loco codē minime inuenit. **Petr<sup>9</sup>** quoq̄ clu-  
macensis ait. q̄ cū quidā sacerdos quotidie pro  
mortuis celebraret. ex hoc apud ep̄m accusat<sup>9</sup> ab  
officio est suspensus. Cum autē ep̄s in magna so-  
lennitate per cimiteriū ad matutinas pergeret.

## De Comemoracione oim fidelium

126

pra illum mortui surrexerunt dicentes. Iste eps nullas missas nobis dat. Insuper sacerdotē nostrū nobis abstulit sed certe nisi emēdaverit monetur. Qui et sacerdotē absoluit: et libenter pro mortuis decetero celebravit. **Q**uā grāte etiam sint defunctis orationes viuoꝝ patet per hoc: quoniam quidā ut refert cantor parisiensis. dū per cimiteriū trāsi ret semp psalmū. de profundis dicebat pro defunctis. Qui cū ab inimicis per cimiteriū fugiens insequeretur. continuo mortui surrexerūt. et unusquisque instrumētū sui officij in manu habebat. et sic ipsi viri defenderūt. et inimicos territos fugauerūt. **Q**uōd vero secundū genus suffragioꝝ scilicet elemosinarū largitio eis proficit: manifeste haberi potest ex eo quōd in libro machabeoꝝ legitur. Quā vir fortissim⁹ iudas collatione facta. xij. milia dragmas argenti misit hierosolimā offerri ea ibi pro peccatis mortuoꝝ: iuste et religiose de resurrectione cogitans. Quantū etiam elemosine defunctis valent: colligitur per exemplum quōd narrat gregorius in quarto dialogoꝝ. Quidā namq; miles ex corpore eductus exanimis iacuit. Sed citius rediens quem cum eo gesta fuerant enarrauit. Dicebat namq; quod pons erat sub quo niger et caliginosus fluvius et feridus decurrebat. Transacto autē ponte amena erant prata odoriferis herbaz floribus exornata in quibus albaroꝝ hominū puenticula esse videbantur quos varia et mira floꝝ suauitas satiabat. Hec vero erat in p̄dicto ponte p̄batio ut quisq; iniustoz vellet transire in tenebrosū ferentēq; flumiū laberet. iusti vero securo gressu ad amena loca puenirēt. Ibiq; quendā petrū nomine deorsum positū magno ferri pondere ligatū se vidisse asseruit. Qui dum requireret cur illic esset dictum est ei. Hec idcirco patitur quia si quid ei pro faciēda vltione iubebas ad inferēdas plagas plus ex crudelitatis desiderio quā obediētia seruebas. Ibi etiam quendā peregrinū se vidisse fatebas quod ad p̄dictū pontē veniens tanta eū auroitate trāsiuit quāta hic sinceritate vixit. Alter vero stephanus nomine dū transire voluisset ei⁹ pes lapsus est et medio corpore iam extra pontē deiectus est. Tunc a quibusdā teterrimis viris ex flumine surgentib⁹ per coxas deorsum atq; a quibusdā albat⁹ et speciosissimis viris cepit p̄ brachia trahi sursum. Tuncq; beclucta fieret is qui videbat ad corpus redibat. et quōs in illo occulti arbitris examine obrinuerit scire nō valuit. In quo datur intelligi. quod in illo mala carnis cum elemosinarū largitione certabant. Quōd etiam p̄ coxas deorsū. et p̄ brachia tra-

hebatur sursum. patet nimirum: quia et elemosinas amauerat et carnis vicij perfecte non restiterat. **Q**uōd autē terciū genus suffragioꝝ scilicet sacre hostie immolatio plurimū defunctis proficit ex multis exemplis apparet. Refert enim gregorius in quarto dialogoꝝ quod cum quidē monachus suus nomine iustus ad extremū veniēs tres se occultos aureos indicasset habere. et de hoc ingemiscens mortuus fuisset p̄cepit gregorius fratrib⁹ ut corpus eius cum tribus aureis in sterquilinio sepelirēt dicentes. Pecunia tua tecū sit in perditionē. **T**andem cuidā e fratrib⁹ gregorius p̄cepit ut vsq; ad viginti dies omni die pro eo hostiam immolaret. Qui cum iussa compleisset is qui defunct⁹ fuerat in die tricesima cuidā fratri apparuit. Quem frater requisivit dicens. Quō es? Cui ille r̄dit. Nunc vsq; male fui sed iam modo bene sum. quia hodie communionē recepi. **H**ec autē hostie immolatio non solum mortuis: sed etiam viuis plurimum profuisse inuenta est. Quidam namq; cu in quadā rupe argentū foderent subito rupes cecidit et fundit⁹ cunctos extinxit. Unus autē eoz subitus in quodam sinu ipsius rupis mortem euasit. inde tñ exire nō valuit. Uxor autē illius eū defunctum existmans: omni die pro ipso missam celebrari faciebat. et panem vnum et viceum vini cum candela quotidie offerebat. Cui diabol⁹ inuidēs per tres dies p̄tinuos eidē in forma humana apparuit: et quo tenderet requisivit. Cui cū illa sui itineris causā exponeret. ille aiebat. Noli frustra vexari: quia iam missa celebrata est. et sic illa tribus dieb⁹ missam intermisit: nec ipsam celebrari fecit. Quidam autē post hoc in p̄dicta rupe argentū fodiens: quandam vocem audiuit de subterris dicens. Plane percutias quia capiti meo imminet magnus lapis. Cū autē ille tremere. et ad hāc vocem audiendā plurimos puocasset. iterū fodit et sic vocem audiuit. Tunc omnes propius accedētes: dixerūt. Quis enim es tu? Qui r̄dens dixit. Plane faciatis quia magnus lapis quasi super me cadit. Qui a latere fodientes et ad eum vsq; peruēntes: cum sanum et incolumē extraxerūt. Et factantes quō ibi radiū vixisset dixit quod qualibet die panis vnus et viceus vini et candela accensa nisi tñ tribus diebus sibi oblarus fuit. Quōd vxor eius audiens. et veheemēter exultans. agnouit quod de oblatione sua fuerit sustentatus. et quod diabolus eam deceperit: ne illis tribus diebus missam cantari fecerit. Illud ut testatur petrus cluniacensis. accidit in villa nomie ferraria gracionopolitane dio-

3 4

## De Cōmemoratiōe oīm fidelīū

cesis. **B**regorius etiam refert q̄ dum quidam nauis in mari naufragiū perpeſſus fuiſſet. ⁊ q̄daꝝ ſacerdos p̄ eo hoſtiā immolaſſet: ipſe tandem de mare ſanus exiuit. Cum aut̄ qualiter euaiſſet in- terrogaretur dixit q̄ dum in medio maris exiſte- ret ⁊ iam pene fatigatus deficeret: quidā ad eum venit ⁊ panem quendam ſibi obtulit. Quē cū ille comediſſet ſtatim p̄fortat̄ vires recepit. ⁊ in qua- dam nauis inde tranſeūte recepit̄ fuit. Inuentūq̄ eſt q̄ illa hora panem habuit qua p̄ eo ſacerdos hoſtiā immolauit. **Q**uōd vero quartum ſuffra- gior̄ genus ſc̄z ieiunior̄ obſeruat̄io defunctis p̄ ſit. reſtat̄ur greg. agens tam de iſto q̄ de alijs tri- bus dicens. Anīe defunctor̄ quatuor̄ modis ſol- uuntur. aut oblationib⁹ ſacerdotū. aut p̄cib⁹ ſan- ctor̄. aut caro:um elemoſinis. aut ieiunio cogna- tor̄. **U**alēt nichilomin⁹ p̄ eis penitentia facta ab amicis. Unde retulit quidā ſolennis doctor q̄ cum quēdam mulier viro mortuo de paup̄are de- ſperaret. apparuit ei diabol⁹ dicēs q̄ eam ditaret ſi ſuam faceret voluntatē. Cui p̄mittendo primo inuēnit vt viros eccleſiaſticos in ſuo hoſpicio re- ceptos faceret fornicari. Sc̄do q̄ paupes ī die re- ciperet: ⁊ in nocte vacuos expelleret. Tercio q̄ ora- tiones in eccleſia garriēdo impediret. Quarto q̄ nulli hoc p̄fiteri deberet. Tandē cum morti appo- pinquaſſet. ⁊ a filio ad p̄feſſionē admoneretur: il- la ei factū aperiēs dixit ſe p̄fiteri nō poſſe nec ſibi aliquid p̄feſſio valerēt. Sed cum ille cū lacrimis inſtaret. ⁊ penitentia ſe p̄ ea facturū p̄mitteret: illa p̄puncta p̄o ſacerdote filiū deſtinauit. Sed anteq̄ ſacerdos veniret: demones ad eam irruerunt: quor̄ horrore ac timore mortua eſt. filius ſuus p̄o ea peccatū ſuum p̄fitens. ⁊ penitentiam ſeptennē faciēs. ipſa p̄pleta vidit matrē ei de ſua liberatione gr̄as referentē. **U**alēt etiā eis in- dulgentie eccleſie. Unde cum quidā ap̄lice ſedis le- gatus quendam ſtrenuum militem rogaret vt in terra albigenſi in ſeruiciū eccleſie militaret. facta in- dulgentia patri ſuo defuncto. per vnāz ibidē qua dragenam morat⁹ eſt. Quā p̄pleta pater luce cla- rior: ei apparuit. ⁊ de ſua liberatione gr̄as ei egit. **C**irca ſc̄dum hui⁹ partis ſc̄z r̄os p̄o quibus ſunt etiam quatuor̄ videnda ſunt. **P**rimo q̄ ſunt illi quibus poſſunt p̄deſſe. **S**ecūdo quare debēt eis p̄odeſſe. **T**ercio ſi omnib⁹ equaliter p̄ofunt. **Q**uarto qual̄ ſuffragia que p̄o ipſis ſunt ſc̄re poſſunt. **D**e primo ſc̄z qui ſunt illi quib⁹ p̄deſſe poſſunt. **S**c̄ndū eſt q̄ ſicut dicit aug⁹. oēs qui de hac vita decedunt. aut ſunt valde boni. aut valde

mali. aut mediocriter boni. **S**uffragia igitur fa- cta p̄o valde bonis ſunt gratiar̄ actiones. p̄ val- de malis ſunt viuor̄ qualeſcunq̄ p̄olationes. p̄ mediocriter bonis ſunt expiationes. **U**alde autē boni dicuntur qui ſtatim euolant ⁊ ab vtroq̄ igne tam purgatorij q̄ inferni liberi ſunt. **E**or̄ autem ſunt tria genera ſc̄z baptiſati. martires ⁊ viri per- fecti qui ſc̄z tam perfecte edificauerūt aurū ⁊ ar- gentū ⁊ lapides p̄cioſos. id eſt. dei dilectionē p̄o- ximi amorē ⁊ bonam opationē: vt nō cogitent pla- cere mūdo ſed tantū deo. **Q**ui ⁊ ſi quib⁹ venialiter peccant. ſeruor̄ e tñ charitatis ita in eis peccatum p̄ſumitur ſicut gutta aque in camino ignis peni- tus abſorbetur. ⁊ ideo ſecum cremabilia nunquā ferunt. **Q**ui igitur p̄o aliquo iſtor̄ triū generū oraret. vel aliqua alia ſuffragia faceret: eis iniuri- am faceret. **Q**uia ſicut dicit aug⁹. Iniuriam facit martiri qui orat p̄o martire. **S**i vero aliquis p̄o aliquo valde bono oraret de quo tñ an euolaſſet dubitaret. tunc ille orationes eſſent gratiar̄ actio- nes: ⁊ ad meritum cederēt exorantis. ſc̄dm illud. **O**ratio mea in ſinum meū p̄uertetur. **H**is em̄ tri- bus generib⁹ celum p̄tinus aperitur cū decedūt. nec aliquem purgatorij ignem ſentiant. **Q**uōd ſigni- ficatū eſt per illos tres quib⁹ celum apertum eſt. **A**pertū eſt em̄ xp̄o baptiſato. **L**uce. iij. **I**heſu bap- tiſato ⁊ orate apertū eſt celū. **P**er q̄d ſignificat̄ q̄ celū apitur omnib⁹ baptiſatis: ſiue ſint paruuli ſiue adulti. ita q̄ ſi decederēt p̄tinus euolarent. **B**aptiſmus em̄ virrute paſſionis xp̄i mūdāt ab oī peccato ⁊ originali ⁊ mortali ⁊ veniali. **S**c̄do ap- tum eſt ſtephano lapidato. **A**ctuum. viij. **E**cce vi- deo celos ap̄tos ⁊c. **P**er q̄d ſignificatur q̄ apitur omnibus martirib⁹. ita q̄ ſtatim euolant cū dece- dunt. ⁊ ſi aliqua cremabilia hēant oīa falce marti- rij reſecātur. **T**ercio ap̄tū ē ioh̄s p̄fectiſſimo. **A**po- cal. iij. **U**idi ⁊ ecce hoſtiū ap̄tū in celo. **P**er q̄d ſi- gnificatur q̄ viris p̄fectis qui total̄ penitentiam compleuerūt nec venialia admiferūt. vel ſi aliq̄ admittuntur a ſeruore charitatis p̄tinus conſu- muntur. celū ipſum p̄tinuo apitur. ⁊ mox in illud p̄petuo regnaturi ingrediūtur. **U**alde autē mali ſunt qui p̄tinuo in inferni barat̄rū hēmergūtur. **P**ro quibus ſi de coz dānatione p̄ſtaret nulla ſuf- fragia aliquaten⁹ eſſent ſc̄da. ſc̄dm q̄d dicit aug⁹. **S**i ſc̄rē patrē meū eſſe in inferno: non plus orare p̄o eo q̄ p̄ diabolo. **S**i autē p̄o aliq̄bus dānatis: de quor̄ dānatione dubitatur aliqua ſuffragia fi- erent nichil tñ eis p̄odeſſent. nec quantū ad libe- rationē vt ſc̄z ab ipſis penis liberētur. nec quantū

## De Comemoratione oim fidelium

ad mitigationem: vt scz pena in eis mitigetur vel diminuat. nec quantum ad suspensionem vt scz ad tps vel ad bo: a coz dñatio suspēdat. nec quantum ad fortificationem vt scz ad tolerandū leui<sup>9</sup> ro<sup>9</sup> borent. Quantum em̄ ad aliqd boz in inferno nulla redēptio est. **¶** Medio criter autē boni dicuntur qui cremabilia aliqua scz lignū. fenū. st. pulā secū ferūt vel qui penitentiā inunctā et sufficientē morte p<sup>9</sup> occupati complere nō possunt qui nec adeo boni sunt quin suffragijs egeāt. nec adeo mali quin eis prodesse valeant. Suffragia igit facta p<sup>9</sup> his sunt eoz expiationes. Unde isti sunt illi qbus ipsa suffragia solū pdesse pnt. In bmo autē suffragijs faciendis ecclesia pfueuit triphē numerū dierū maxime obseruare scz septenariū. tricenariū. et anniuersariū. Et rō boz assignat in libro mitrali de officio Obseruatur septenarius. vt anie ad eternū qētis sabbatū pueniāt. vel vt eis oīa peccata remittantur que in vita egerūt: que per septē dies ducatur vel vt remittantur eis peccata q̄ egerunt tū coipe. qd̄ p̄sistit ex quatuor humorib<sup>9</sup>. et cū ania in qua sunt tres vires. Obseruatur tricenariū qui p̄stat ex tribus denarijs vt purget in eis quicqd̄ in fide trinitatis et in transgressiōe decalogi deliquit. Obseruatur anniuersariū. vt de annis calamitatis perueniāt ad annos eternitatis. Sicut em̄ anniuersariū sanctorū celebrat<sup>9</sup> ad ipsoz honore et ad nostram utilitatē. sic et anniuersariū defunctorū ad ipsoz utilitatē et nostrā deuotionē. **¶** De secundo quare scz eis debēt suffragia pdesse. sciendum q̄ tri. plia rōne debēt eis pdesse. Primo ratione vnitatis. Sunt em̄ coz<sup>9</sup> vni cū illis de ecclesia militari. et ideo bona sua debēt eis esse cōmunia. Secō rōne dignitatis: qm̄ dum adhuc viuērent. meruerūt vt bechibi pdescent. Et iterū. Dignū est vt qui alios iuuerūt: et ipsi ab alijs iuuent. **¶** Tercio rōne necessitatis q: scz sunt in statu in quo iuuare se non possunt. **¶** De tercio scz vtrū equaliter omnibus p̄sint. sciendū q̄ si ipsa suffragia in speciali sūt magis p̄sint illis pro quib<sup>9</sup> specialiter fiunt q̄ alijs. Sicut in cōmuni fiunt magis pro sunt eis qui plus meruerūt in hac vita vt sibi pdescent. si in equali vel maiori necessitate existūt. **¶** De quarto qual<sup>9</sup> scz suffragia que p eis fiunt scire possunt. sciendū q̄ scōz aug<sup>9</sup>. scire possunt tribus modis. Primo per diuinā reuelationē qm̄ scz bo: eis deus reuelat. Secō p bonoz angeloz manifestationē. Angeli em̄ qui hic semp nobiscū sunt et oēs actus nostros p̄siderāt. in instanti quasi ad eos possunt descendere. et eis protinus nunciare.

129

Tercio per animaz hinc exeuntium intimatiōnem. Anime em̄ que de hoc mūdo transeūt hec et alia eis nunciare possunt. Quarto nichilominus scire possunt per experiētiā et reuelationē. Cum em̄ a penis se releuari sentiūt. suffragia p se fieri cognoscūt. **¶** Circa terciū hui<sup>9</sup> scōe partis scz illos per quos fiunt. sciendū q̄ ipsa suffragia si pdesse debēt. oportet q̄ fiat ab his qui sunt in charitate. Nam si p malos sūt pdesse nō possunt. Vñ legit<sup>9</sup> q̄ dum quidā miles in lecto cū vxore esset et luna valde lucēs primas intraret. mirabatur quo modo homo rōnalis creatori suo non pareret. cū eidē creature irrōnales parerent. Et dū cuidā militi defuncto qui sibi fuerat familiaris detraberet subito ille qui mortu<sup>9</sup> fuerat in thalamū introiuit et dixit illi. Amice noli male suspicari de aliquo et condona michi si quid in te peccauit. Cuius sup statu suo interrogaret dixit. Varijs penis affligor p̄cipue quia tale amiteriū violauit. et ibi quendā vulnerans eū cappa sua expoliari: que michi sup p̄mit et vno monte magis me premit. Rogauitq̄ vt pro se orationes fieri faceret. Cū autē ille sibi diceret. an vellet q̄ a tali et tali sacerdote ipsas orationes faceret fieri. ille ad hoc nichil rōdens: caput moze renuētis p̄cussit. Deinde dixit si vellet q̄ talis beremita pro se oraret. Cui ille. Vñā p me oraret. Qd̄ cū se facturū p̄mitteret. ille ait Et ego dico tibi: q̄ ab hac die vsq̄ ad duos annos tu etiam morieris. Sicq̄ ille disparuit. et miles vita sua in melius mutata: in dño obdormiuit. **¶** Qd̄ autē dictū est suffragia facta per multos prodesse nō posse. intelligendū est nisi sint opera sacramentalia: vt est celebratio missę que a malo ministro violari nō p̄t. Vel nisi ipse defunctus vel aliquis eius amic<sup>9</sup> aliqbus etiā malis aliqua dispensanda reliq̄sset. Que tñ p̄tinuo dispensare debēt: ne sibi p̄tingat qd̄ cuidā p̄tigisse legitur. Miles em̄ quidā in bello karoli magni vt ait turpin<sup>9</sup> cū mauris pugnatur<sup>9</sup>. rogauit cognatū suū vt si in bello moreretur equum suū venderet. et paup<sup>9</sup> p̄ciū daret. Quo mortuo cū equ<sup>9</sup> sibi nimis placeret eū sibi retinuit. Et post modicū t̄pis defunct<sup>9</sup> ei tanq̄ sol refulgens apparuit dicens. Cognate bone per octo dies merē casti pati penas in purgatorio propter equū. cui<sup>9</sup> p̄ciū vt dixerā pauperib<sup>9</sup> nō dedisti. Sed impune nō feres. hodie em̄ ferent animam tuam in infernū diaboli. et ego purgatus vado in regnum dei. Et ecce subito in aere auditus est clamor velut leonū. v: soz et lupoz. et ipsum de medio abstulerunt.